



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Series Actorvm Omnivm In Canonizazione Sancti Thomae
a Villanova, Cognomento Eleemosynarij**

Romae, 1658

Ioannes de Torres Archiepiscopus Salernitanus Assistens.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9857

salem triumphat coronatus. Quo intercessore tot miracula operatus est Deus, mirabilis in Sanctis suis, ut dignus profecto videatur, qui in Coelestium albo à S. Vesta, Diuino fauente Spiri-
ritu, describatur.

**Fr. Dominicus de Marinis Archiepiscopus
Auenionen. Assistens.**

Beatissime Pater. Glorietur Iob secum natam ex utero misericordiam, secum litidem creuisse ab infantia; verum Beatus Thomas à Villanova his insuper addat, eandem secum consenuisse, & quasi ultra ianuas mortis fuisse subsecutam: quando & lectulum, in quo sancte expirauit, iam inopi donarat, moriens tanquam in alieno. Hunc secundum dixerunt Iohannem Eleemosynarium, nec fallar. Denique vita ipsius, quacumque parte inspiciatur, prodigium est. Agnosco igitur Magni Augustini magnam prolem, cuius in suo Ordine rigor, ac zelus, dubitate me non sinunt, dignissimum esse B. Thomam, qui Sanctorum albo accenscatur.

**Ioannes de Torres Archiepiscopus Salernitanus
Assistens.**

CVM Thomas de Villanova sanctissimus Antistes, non modo omnium virtutum zona lumbos sibi præcinxerit, sed miraculorum quoquè splendore, lucernas gestauerit in manibus, adeoque admissus sit ad nuptias Agni, nefas omnino sit aris illi decernendis non suffragari. Hoc interim enixè rogando, ut nimirum Deus Optimus Maximus tanto Ecclesiæ suæ addito intercessore, optatam nobis tranquillitatē largiatur, & pacem.

Franciscus Nerlius Archiepiscopus Florentinus Assistens.

Tantum admirandarum virtutum, & Sacerdotalis Iucis iubar, si S. Vestræ visum fuerit, super Candelabrum Sanctuarij